Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26934
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Petrum. iure beneficii de manu nostra suscepit. Cuius quidem bene
ficii concessio a nobis et a fratribus nostris non in tali conditione
firmata est. ut nec ipsi hiltigrimo. nec filiis eius a iure Admun
tensis ecclesie de predio illo aliquid aliquomodo audeat liceat alie
nare. uel exteris illud pro aliqua necessitate deponendo. uel ca
ris aut amicis si herede caruerint. alicuius conditionis modo
illud dimittendo. sed omnibus modis ad proprietatem monasterii specta
re dinoscatur. Notandum insuper quod legitimis tantum filiis et non
filiabus de posteritate hiltigrimi uel genitis uel gignendis
huiusmodi beneficium prestari a nobis debet. filie uero huius stirpis
ac filiarum filii quocumque fuerint sic dictum est ab huiusmodi bene
ficii iure sunt exclusi. Acta sunt hec primum uoluntate atque consilio
liupoldi iunioris ducis Stiren. in loco nostro Admunt. ipso
te constituto. coram his testibus. Otto de Tufenpach. Vlricus
frater eius de chustelwanch. Gerungus de Strech. Poppo de pusen
bach. Stephanus de Rohas. Vlricus mareschalcus de hartperg.
Perhtoldus. Manegoldus camerarii ducis. Chunradus de Mitterbech.
Rudigerus de grunnbach. Gunthers et Ekkeh. de Lernich.
Gotfridus Sueuus. Wolfkangus et filii eius hiltigrim. Erman
de Luben. Otto de Gruschurn. Otto Suuius ducis. Otto
de Wurtpech. Sifridus de Staunveld. Dietricus et Vlricus de
Rotenmanne. Wolfram piscator. Vlricus pistor. De nostris.
Duringus. Perhtoldus. Reinher. Reinhelm. Walther. Wich
man. Eberhart. Dom. Swikus.
58. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. quod dominus
117 Reginhardus clericus remisit Admuntensibus fratribus .iiii. marcas.